

DISSERTATIO ACADEMICA

DE

**SIGNIS RELATIONUM NOMINALIUM
IN LINGUA FENNICA.**

CUJUS PARTEM QUARTAM,

CONS. AMPL. FACULT. PHILOS. ABOËNS.

In Auditorio Phil. die XV Martii MDCCCXVII.

h. a. m. f.

P. P.

MAG. GUSTAVUS RENVALL,

Pædag. & Didact. Adjunct. nec non Lector Seminarii Pædag.

ET

NICOLAUS MICHAËL INGELIUS,

V. D. M. Satacundensis.

ABOË, TYPIS FRENCKELLIANIS.

A

MONSIEUR LE BARON

AXEL RENAUD DE CEDERCREUTZ.

Par egard, Monsieur Le Baron, à Votre bonté bienfaisante, dont j'ai eu souvent le bonheur d'être l'objet, je me sers & avec bien de joie de la présente occasion pour Vous offrir publiquement un témoignage de ma reconnoissance. Recevez donc, je Vous prie, ce petit ouvrage que mon cœur & mon respect Vous consacrent, & me permettez d'être toute ma vie avec la vénération la plus sincère

MONSIEUR LE BARON

Votre

très-humble & très-obéissant serviteur
NICOLAS MICHEL INGELIUS;

vix ulla sit exterorum Præpositio, quæ in illis aliquem sibi commodum locum non inueniat. Grammatici tamen & Lexicographi nostri, genio linguarum Svecanæ & Latinæ adserui, harumque imitationi haud raro plus iusto indulgentes, sollicite in id innixi sunt, ut in ore nostratum non modo vocabula singularia, singulis fere exterorum Præpositionibus respondentia deprehenderent, sed eadem etiam in diversam vocum classem (partem orationis) referrent. Sic VHAEL, sanus alias & linguæ nostræ optime gnarus arbiter, vestigia premens PETRÆI & MARTINII, XXI voces selegit, quas, quoniam loco Præpositionum Svecanarum a nostratibus interdum adhibitas observaverit, similitudinis causa Præpositiones, vel propter situm earum solitum *Postpositiones* potius appellandas censuit: quibusque recentiores plures addiderunt ejusdem generis voces 19). Quæ igitur vocabula Fennica, in classem Præpositionum relata, an qua originem & naturam etymologicam (de usu syntactico infra), ex rigore Grammatico talia vere sint censenda, quales Præpositiones præque linguarum Latinæ, Svecanæ, Gallicæ &c. (cfr supra pag. 4. not.), anque diversam orationis constituent partem, jam disputemus.

G

Forma

-
- 19) VHAELII hæ sunt Præpositiones I. Postpositiones: *tšãb* (potius *tšãb* ex genuina Fennorum pronuntiatione), *tšãã*, *tšããã*, *saakka*, *hamahan*, *kautta*, *kohden*, *edesã*, *takana*, *jãlken* (rectius *jãlkeen*), *perããã*, *kansa*, Sav. *keralla*, *ilman*, *paitsi*, *wãlilãã*, *tãhden*, *mũdden*, *ũlitse*, *alatsẽ*, *wãstan* (*wãstaan*) vide *Gramm. Fenn.* pag. 108. Quibus recentiores adjecerunt: *eteen*, *edesãã*, *pããlle*, *pããllãã*, *ũlõs*, *ala*, *alãã*, *alle*, *õlla*, *pois*, *ulos* &c.

Formæ igitur sive terminationes Præpositionum finales si respiciuntur, primo quidem oculi obtuitu quisque observabit, plurimas earum Casibus Nominum esse simillimas. Sic *tũkõ*, *fansa*, *taka*, *ala* ad formam pro Nominativis haberi possunt: *tũkõä*, *takaä*, *ulkoä*, *fautta* terminationem habent Quantitivi: *hamaan*, *perään*, *jälkeen*, *was-taan*. Allativi Interiores: *pääste*, *ülte*, *sifäste*, *aste* &c. Allativi Exteriores: *edestä*, *perästä*. Ablativi Inter. *edeltä*, *päältä*, *wäliltä*. Ablativi Exter. *alas*, *edes*, *ülös*, *ulos* (contracta ab *alasta*, *edestä*, *ülöstä*, *ulosta*), *perästä*, *jäljistä*. Locativi Inter. *edellä*, *feralla*, *alla*, *päällä*, *üllä*, *wälillä*, *jäljillä*. Locativi Exterior, *tũkõnä*, *takana* sunt Qualicivi & sic porro. 20).

Hæc vero Præpositionum nostrarum cum Nominibus similitudo evidentior fiet, si observaveris, plerasque earum aut ad Nominativos vel hodie, in compositis quidem, usitatos referri posse, aut alios tamen Casus ejusdem vocis usu haberi. Sic *edestä*, *edestä*, *edeltä*, *edellä*, *e-teen*, *edelle* flexiones sunt Nominativi *esi* (in *esi-mies*, *esi-walta*, *esi-isiä* &c. usitati): item *ulos*, *ulkona*, *ulkoä* derivantur ab *ulko* (*ulko-puoli*, *ulko-maa* &c.): *jälkeen*, *jäljillä*, *jäljistä* a *jälki*: *tũkõnä*, *tũkõä* a *tũkõ* (*tũkõ-tuleminen*): *takana*, *takaä* a *taka* (*taka-pelto*, *taka-maa*): *pääste*, *päällä*, *päältä* a *pää*: *wäliltä*, *wäliin*, *wälillä* a *wäli* (*wäli-paikka*): *fautta*.

-
- 20) De natura vocabulorum: *aesti*, *saakka*, *paitsi*, *tähden*, *müdden*, *koşden*, *warten*, *wasten*, quænam nostra sit sententia, infra patebit: de vocibus autem *alatse*, *ülitse*, *läpitse* *ohitse* & aliis ejusdem terminationis paucam supra pag. 13. attulimus.

Kautta a Kausi (kuu-kaus, vuosi-kaus): sisälle, sisällä, sisään, sisältä a sifä (sifä-puoli, sifä-reuna): perässä, perään a perä: vastaan a vasta (vasta-pää, vasta-maa): alas, alta, alla, alle Casus contracti ab ala vel ali (ala-puoli, ala-kulä, ali-pää): vocabuli üls Casus Posses. ülsön (antaa ülsön, katsoa ülsön, ülsön paljo) in usu est, pro Nominativo vero (üls) adhibere solemus hodie üli (üli-kulä, üli-pää), unde per syncopen ütte, ütä, ütä: vox hamaan habet hamasta & hamass. Ceterarum vero nec Nominativus, neque alii Casus hodie occurrunt: hujus vero defectus quænam sit causa probabilis, infra observabitur.

Allata autem formam Præpositionum nostrarum tangunt: jam ad Grammaticum earum construendi modum & regulas examinandas procedamus, intercedentemque inter eas & Nomina cognationem ita eruamus. Facile vero patet, earum per plurimas, instar Nominum a) cum Casu Possessivo (Genit.) conjungi, b) Suffixa Pronominalia assumere, & c) locum juxta Nomina tenere posteriorem (haud anteriorem, ut solent Præpositiones exterorum fere omnes). Cfr. e. c. minun jalkani cum minun tüköni, pöüdän jalkana cum pöüdän tükönä, hänen rinnansa cum hänen päänsä l. ansa, sinun puolesta cum sinun edestä et. s. p. Ex quibus omnibus absque negotio colligitur, & Præpositiones & Nomina nostra iisdem conjungendi legibus esse subjecta.

Aliæ autem paucae Præpositionum cum Casu Quantitativo construuntur (ilman minua, päitsi häntä, (aliæ dialecti: ilman minuta, päitsi hänetä, Defect.) puuta müdden, miestä köhden, sitä warten): aliæ cum Allativo (päivään asti l. saakka, kirkolle saakka, hamaan loppuun): aliæ cum Ablativo (hamasta nuoruudesta, kirkolta asti). Qui vero omnes con-

struendi modi, ex varia cujusque Casus pendentes propria relatione & vocis significatione, neque in Nominibus sunt inusitati e. c. pahuutta raskas, täännä wettä, wiriä tiiöhön, hidas wihaan, &c.

Ex allatis vero, internis Præpositionum Fennicarum criteriis, inter sese collatis si concluderemus, linguam nostratium Præpositionibus proprie sic dictis plane carere, vocabula vero a Grammaticis in classem Præpositionum relata, non esse nisi vera Nomina, quæ vim quidem Præpositionum haud raro involvunt, sed salva Nominali & forma & indole; præpropere de re intricata nos iudicium tulisse quis existimet. Ad alia igitur argumenta eandem sententiam confirmantia, afferenda progrediamur.

In aprico quidem est, naturam sermonis humani haud obtare, quin relationes Nominales ope Nominum adjectorum exprimantur 21). Cum enim tres sint, ut supra

-
- 21) Præpositiones de cetero plerasque non esse nisi compendia loquendi vel inde invenies, quod per Nomina, quacumque utaris lingua, facile circumscribi possunt. Sic Latin, quidem Præpositiones haud paucae in Nomina resolvi vel per Nomina reddi solent. e. c. *Apud patrem* per *in loco patri vicino* l. *in locum vicinum*; *in vicinia* l. *viciniam patris*—*venire Ad amicum* per *in locum amico proximum*, *in domicilium amici* — *Sine labore* per *nullo adhibito labore*, *vacuus labore* — *Sine vestimentis* per *nudus*, *carens vestim.* — *Extra hominem* per *in loco exteriori* l. *locum exteriorem hominis.* — *Infra*, *Intra*, *Supra hominem* per *in loco inferiori*, *inferiori*, *superiori* l. *in locum infer.* *interior.* *superiorem.*

supra proposuimus, præcipuæ 22) methodi (Casus, Præpositiones & Periphrases), quibus relationes Nominum sese denotant.

hominis. — Præter hominem per homine excepto — Adversus me, Pone me per in loco mihi adverso l. posteriori — Inter me & te per in loco mihi & tibi interposito — Trans l. ultra flumen per in loco ulteriori l. in locum ulteriorem fluminis et. s. p. Unde eruitur primum, & eos qui nominatis utuntur loquendi compendiis, Præpositionibus, & eos, qui harum loco, periphrases adant Nominales, eandem quidem exprimere sententiam, & utramque igitur methodum alterne & fere pro arbitrio adhiberi (cfr. supra pag. 3.): deinde, Præpositiones sententiam loquentis brevius quidem, ambages vero Nominales haud raro multo propius, diligentius & clarius exhibere: & denique, plerasque Præpositionum non solum ejus esse indolis, ut iisdem facile carere possit lingua latina, (excipe perpaucas: a, e, in, ad, quarum usus, ex penuria Casuum, evitari haud potest), sed etiam definiri nequire, an plus commodi quam detrimenti eidem linguæ afferat, quod illis est ornata. cfr. supra not. 12 & 13.

- 22) Alias inter Relationum Nominalium designandarum methodos, quas supra pag. 2, præterivimus, commemorandus erit modus, quo Subjectum & Objectum in lingua Svecana, Gallica &c. discernuntur, sc. ex solo loco vel ordine vocum obvio e. c. *Gud* (Subj.) *älskar menniskan* (Obj.) & *menniskan* (Subj.) *älskar Gud* (Obj.) item Subjectum & Prædicatum in lingua Lat. Svec. Gall. &c. e. c. *rex est homo & homo est rex* (sc. animalium). Eadem forma: diversa relatio,

patiantur, cumque usum Periphrasium vel in iis linguis, quæ veris Præpositionibus sunt instructæ, frequentissimum esse observaverimus; nihil quidem impedit, quominus lingua nostratium primam earum methodorum & ultimam (Casus puta, & ubi hi deficient, Periphrases), neglectis omnino Præpositionibus proprie sic dictis, huic usui ex origine jam adoptasse censeatur.

Neque lingua Fennorum sola est, cujus Præpositiones Nominali gaudent natura: ex indole Præpositionum linguæ Hebrææ & Græcæ nova exoritur ratio, sententiæ nostræ favens. Optimi namque harum linguarum Grammatici recentiores bene docent, Præpositiones & Hebræorum & Græcorum origine tenus non fuisse nisi vera Nomina 23), quæ ad relationes Nominum aliorum exponendas

-
- 23) De Præpositionibus Linguæ Hebrææ hæc habet VATER: "Die (Præpositionen) sind ursprünglich sämmtlich Nennwörter, meistens Singulare, einige auch Plurale, und zwar ihrer Verbindung mit einem folgenden Nennworte wegen, in Form des Genitiv. verhältnisses: אֶל von אֵל, עַל von עַל, עַד von עַד, בֵּין von בֵּין", "&c. nec non" אֶמֶס ist *der Mangel*, בְּאֶמֶס *in, mit Ermangelung*, d. i. *ohne, ausser*. Ebenso bei den übrigen: wenn sich auch nicht über all die Bedeutung des Nennworts nachweisen läßt. "Hebr. Sprachl. pag. 448 & 450: quod idem de Præpositionibus Chaldæorum, &c. testatur laudatus Auctor in *Handb. der Hebr. Syrisch. Chaldaisch. u. Arabisch. Grammatik* pag. 225. Item NORBERG: "Particulæ Hebr. proprie sunt Nomina - - quæ vero vicem Adverbiorum, Præpositionum, & Con-

das adhibita, naturam Præpositionum sensim induerint. Ea tamen inter linguas citatas & Fennicam maxima interest differentia, quod earum, præcipue Græcæ, Præpositiones, aucta linguæ cultura, significationem Nominalem nativam fere amiserint: nostræ vero Præpositiones & vim & formam primariam ita servarunt, ut vel hodie ad Casus Nominales reduci possint, & plerarumque vel Nominativus, aliorum Casuum matrix 24) quidem adfit.

Sed

junctionum sensim exceperunt". *Rudim. Ling. Hebr.* pag. 42.

De Græcorum vero Præpositionibus sic disputat DAHL: "Vanligen ansedde såsom Primitiva, äro de (Præpositionerne) dock ursprungligen Derivata, och egentligen vissa i fornspråket varande Casus af Nomina Substantiva: *ἀμφι*. Abl. (Dat.) af *ἀμφις* circuitus, utrimque ab ambabus partibus, ambitus — Circa: *ἀνά* Abl. af *ἀνά* nisus in altum. — Sursum: *ἀντι* Abl. af *ἀντις* oppositio — Ante: *ἀπό* Abl. af *ἀπος* non coherrentia, abruptio, remissio — Ab: *διὰ* Abl. af *διὰ* impulsus, motus trajectus per medium — Per: *ἐν* Abl. (fordom *ἐνι*) af *ἐνις* immissio — In & s. p. *Gramm. Græca* pag. 341.

- 24) Cum Subjectum Propositionis præcipuam hujus constituat partem, lubenter quidem concedimus, ex hac præstantia derivandam esse causam, cur Casus I. Terminatio Subjecti (Nominativus) qua formam, ceteris plerumque est non solum simplicior & brevior, sed aliorum etiam Casuum quasi matrix seu thema (vel in

Sed forte quis dicat, Præpositiones linguæ Fennicæ, æque ac Hebrææ & Græcæ ex Nominibus quidem esse exortas,

lingua Fennorum omnes alii Casus a Nominativo jam Singulari jam Plurali facillime deducuntur). Quam tamen Subiecti præstantiam tam singularem nos haud censemus, ut Nominativus inter Casus omnino non sit annumerandus, quod didicerunt olim Grammatici ex Philosophorum Schola Peripateticorum egressi, quibus assentit A. J. BERNHARDI (*Sprachlehre* Berlin 1801 pag. 165); nulliusque fere frugis esse putamus divisionem Casuum, inde a tempore Grammaticorum Stoicæ disciplinæ solitam, & iudice BERNHARDI (l. c. pag. 166) valde aptam retinendamque, qua Nominativus nec non Vocativus Casus *recti* (*πρωσις ορθαι*), ceteri vero Casus *obliqui* (*πρωσις πλαγίαι*) sunt appellati. Nobis enim Terminatio quæcumque Nominis diversæ, diversæ signum relationis (quales inter relationes Nominales multifarias Subiectiva, etsi principalis, jure quidem est inferenda) Casum conficit specialem (cfr. supra pag. 41 sq. not. 18). Neque Nominativus de cetero solius Subiecti, sed Prædicati simul & aliarum qualitatum est index: (e. c. rex est *homo*, homo est *artifex*: nemo nascitur *artifex*, nemo saltat *sobrius*; Cicero creatus est *Consul*, Antonius iudicatus est *hostis*): quæ namque quattuor relationes (Subiectiva, Prædicativa, Qualitativa & Qualificativa l. Factiva), etsi a Latinis Græcisque ope unius terminationis exponuntur, ex natura tamen sermonis humani, indeque derivandis regulis universalibus diversæ sunt censendæ: omnis autem quæstio Grammatica ex tenore legum logicarum (haud ex usu unius alteriusve linguæ) certissi-

exortas, easdem vero temporum successu a nativo genio ita difcesisse, ut singulari hodie annumerandæ sint orationis parti, quod vel Declinatio earum irregularis & defectiva, nec non usus Casuum insolitus ostendat.

Ad Declinationem igitur quod pertinet, in quacumque quidem lingua, Casibus obnoxia, Nomina occurrere solent anomala haud pauca, quæ non omnes patiuntur linguæ solitos Casus, ad regulam formatos. Latini e. c. plura habent Nomina monoptyota, Diptyota, Triptyota, plura in-

H

ra in-

me dijudicatur. Vocativus vero, relationem involvens Compellativam, cur potius rectus quam obliquus sit salutandus, perspicere haud valemus.

Ceteræ denique relationes Nominales, ex Grammatica universali deducendæ, principales & communes (quomodocumque a linguis specialibus designentur) sunt Objectiva quem?, Possessiva cuius?, Allativa quorum?, Ablativa unde? Locativa ubi? quarum trium quæque juxta variam situs localis indolem est interior vel Exterior, Superior vel Interior, Anterior vel Posterior, Lateralis, Circumdans & quæ sunt ceteræ loci relationes. — (Dativus Latinor. omnes nominatas loci relationes ex parte quidem habet e. c. da *mihî*, est *mihî*, detrahit *mihî*, immo: est *mihî memoriæ*) — Porro: relatio Mediativa s. Instrumentalis, — quæ propria est Ablativo Latin. (occidit *gladio*), qui tamen Casus simul relationes Locativam & Ablativam &c. concipit. (versatur *Carthagine*, redit *Româ*) — Defectiva l. Caritiva (*sine*), Socialis (*cum*, *unacum*), Causalis cur? (*ob*, *propter*) &c. &c.

ra indeclinabilia, heteroclitica, omninoque anomala. In lingua autem nostratium vernacula, præter Præpositiones sic dictas, plurima obveniunt Adjectiva & Substantiva, quæ non omnes agnoscunt Casus, vel eosdem irregulariter formant (quorum exempla in Grammatica linguæ afferantur): quæ vero nihilominus inter vera numerantur Nomina. Nec difficilis est res, communis illius anomalie rationem ex ipsa sermonis humani genesi eruere. Primi namque linguarum auctores, systematis Grammatici incuriosi, non nisi eo tetenderunt, ut eas vocabulorum flexiones (Casus Nominales), quæ cogitatis suis exponendis sufficerent, formarent: unde ceteri Nominum Casus, quos haud desideravit usus quotidianus, vel ex origine neglecti, vel sensim sunt obsoleti: nihilque igitur impedit, quominus vocabula pro Nominibus habeantur, etsi vel Nominativo careant, aut numquam usitato, aut hodie quidem insolito. Quas autem anomalias Fennorum haud parum auxit & dialectorum confusio, Aboënsia e. c. cum Savonicis una conjungens, & mutationes linguæ perpetuæ, formas vocum prolixiores sensim contrahendo, & imitatio exterorum, Præpositiones nostras ad indolem Svecanis congruam construens. Hinc e. c. *tũgõ* pro *tũkõ* l. *tũvõn*, *edes* pro *edesã*, *wasian* pro *wasiaan*, *pois* pro *poisa*, *pãssã* pro *ũssã*, *puossa* pro *puolella*, &c.

Alia vero nobis occurrit solvenda difficultas inde orta, quod Præpositionum nostrarum haud pauca, relationem cuique Casui propriam non ubique servant. Sic *tũkõ*, *tãsa*, *fãnsa* Nominativos, *alas*, *ũlõs*, *edes* &c. Locativos Interiores esse supra (pag. 48) statuimus, quæ vero vocabula in ore nostratium motum ad locum, Casui Allativo proprium, involvunt. Item *tũkõã*, *tãsaã* formam quidem Quantitativi, sed vim Ablativi habent e, f, p. Quales vero

irregu.

irregulares relationum formæ, & singulares vocabulorum construendorum regulæ, cum in nulla fere lingua. Casibus utente, sint insolitæ 25), neque in lingua nostratium raræ, cumque ex incerta obscuraque relationum notione, aboriginibus obversata, ex imitatione exterorum corrupta, ex idiotismis vernaculæ propriis, temporum successu varie immutatis pendeant, usu autem diuturno hodie jam sint sancitæ; fit, ut neque origo earum & primitiva ratio ubique exponi, nec erratio ad hodiernas regulas generatiles corrigi possit 26). Formas tamen Nominum hujus
H 2
generis

25) Sic vocabula Latîn. *eo* & *quo* (inter Adverbia relata) origine tenus veri quidem sunt Ablativi ab *is* & *qui*, sed motum in locum involvunt: item *ponere in loco*, *versari domi*, *Romæ*, *fungi officio*, *detrahere alicui quid*, *oblivisci injuriarum*, *ejus indolis* &c. pro *in locum*, *domo*, *Româ*, *officium*, *ab aliquo*, *injurias*, *ea indole*. Centena alia anomalorum exempla, ex hac & aliis linguis congerenda, negligimus. "Es hat sich wohl keine Sprache je so eiförmig gebildet, daß sich alle einzelne Veränderungen auf wenige Fälle reduciren ließen." VATER *Hebr. Sprachl.* Vorrede pag. 11.

26) Cave tamen credas, hanc anomaliam tam esse temerariam, ut origo ejus, ex parte quidem vel hodie erui nequeat. Est enim inter Casus Fennorum Quantitivum, Qualitivum & Qualificativum (Factivum), *qua indolem rei*, eadem fere intercedens cögnatio, atque inter Ablativum, Locativum & Allativum, *qua locum rei*. Quantitivus namque, non totum quid, sed partem rei cujusdam totalis designans, simul involvit notionem par-

generis aberrantes, haud inter Particulas esse referendas, sed potius inter exceptiones vel anomalias Casuum annumerandas & in Lexicis explicandas esse, nos quidem censemus.

Ut:

tis hujus ex massa totali divulgæ, i. e. exitum quasi quendam, haud quidem qua locum l. motum, sed qua indolem l. qualitatem, e. c. *se on kulltaa est auri quid* i. e. pars massæ totalis, quæ aurum appellatur, hinc quasi excepta. Qualitivus autem, denotans rem in statu, indole l. qualitate quadam existentem seu durantem, notionem itidem durationis l. existentiae qua indolem, haud qua locum exprimit, e. c. *on pappina est sacerdos, sacerdotio fungens* i. e. in statu sacerdotum universali. Qualificativus demum, notionem qualitatis l. indolis cujusdam in aliam mutandæ designans, haud quidem motum in locum, sed transitum tamen indolis simul indicat e. c. *tuli papiksi, sacerdos factus est* i. e. sacerdotium iniit. Unde igitur fit, ut Fenni, differentia Casuum originaria haud probe observata, Casus hosce (Quantivum, Qualitivum & Qualificativum), relationes indolis vel qualitatis respicientes, cum Calibus (Ablat. Locat. & Allat.) relationes loci designantibus interdum, maxime in Nominibus loci, temporis & modi, confundant & Quantivum pro Ablativo, Qualitivum pro Locativo & Qualificativum pro Allativo adhibeant: e. c. *on kullasta & kulltaa, otti puolen pellostaa & peltoa*: item *kolmena nuonna & kolmesa nuodesa, ensimmäisnä päivänä & ensimmäisellä päivällä*: item *meni edemmäksi & edempään, liikemmäksi & liikempään*. — Quæ igitur permutatio Casuum vel in illis valet Nominibus Fennicis, quæ Præpositiones appel-

Ut vero indoles Nominum nostrorum, in classem Præpositionum relatorum, propius perspiciatur, & genius linguæ nativus simul magis evolvatur, observare licet, idioma Fennicum, instar fere Hebræorum aliorumque Orientalium, paucas omnino habere Particulas (Adverbia, Præpositiones & Conjunctiones) harum vero vim Casuum ope Nominalium & Pronominalium exhibere, ideoque his abundare singularis naturæ, quæ & Græcis Latinisque & recentioribus populis exteris sunt insolita, non nisi circumloquendo reddenda. Quorum igitur Nominum Fennicorum pauca tantum: quæ rem nostram tangunt, loci plerumque involventia notionem 27), & illi præcipue eorum

fare consuevit, sc. Quantitivus pro Ablativo: kaukaa, tũkõã, tafaa, ulkõã, Qualitivus pro Locativo: tũkõnã, tafana, lãsnã, ulkõna, kaukana, luona, & Qualificativus pro Allativo: luoksi, wuoksi, taaksi.

Ceteri vero Casus qui confundi solent, cujusque confusionis origo difficilius eruitur, sunt qui pro Allativo adhibentur, sc. a) Nominativus tafã, tũkõ, kansã, liifi, ala. b) Possessivus taan, tũ.bn l. tũwõn (quibus alii utuntur pro tafã, tũkõ). c) Locativus Interior, tuli edes, alas, ulbõ, ulos, pois, kauwas, taas contr. ab edesã, alasa, ulbõã &c.) quæ tamen non nisi Adverbialiter obveniunt, & ex confusione loci, in quem & in quo movemur, sunt exorta.

- 27) Causam cur Signa Relationum Nominalium (Casus, Præpositiones & Periphrases) pleraque loci præferant notionem vel localis plerumque sint indolis, bene exponit A. F. BERNHARDI: "Dasjenige, was den Substanzen

rum Casus, qui loco Praepositionum exterarum adhiberi solent

als solchen wesentlich est, ist der Raum, in welchem wir sie anschauen, und in ihm offenbart sich auch in der Form der Bewegung der Einfluss der Substanzen in einander. Daher ist es nun natürlich, dass die Sprache die Abhängigkeit und gegenseitige Beziehung der Substanzen auf einander durch Raum verhältnisse zu bezeichnen sucht. Eben dadurch kommt auch in die Bezeichnung der Abhängigkeit selbst Einheit und Vollständigkeit: Einheit, weil eine einzige Form der Dependenz zum Grunde gelegt ist, nemlich die Substanzen, so fern sie sinnlich oder ausgedehnter Stoff sind, Vollständigkeit, indem eine kurze Erfahrung die räumliche Verhältnisse erschöpft. Denn eine jede Substanz im Raume wird bewegt, oder im Ruhe gedacht; in beiden Fällen giebt es ein: *neben, über, unter, durch, in, gegen, bei, nach, mit,* und wie alle die Verhältnisse heißen, welche sich nach den Dimensionen des Raums und aus dem Begriff mehrerer, neben einander sich bewegender und ruhender Substanzen vollständig darstellen lassen. Nun sind freilich mit diesen Darstellungen nur zuvörderst die sichtbaren Arten der Abhängigkeit der Substanzen erschöpft: allein wenn der Mensch die Dependenz und Beziehung der idealen Substanzen (*notiones abstractæ*) auf einander bezeichnen will — vergleicht er diese ideale Substanz mit einer realen und wählt die Bezeichnung der letzten für die Bezeichnung der ersten. Dieselbe Operation nimmt er nun auch mit der Darstellung der Verhältnisse vor: den erschaffenen (*abstract.*) Begriff trägt er in der Form einer realen Anschauung vor, und daher auf ihn

solent, heic exempli gratia afferantur & diligentius examinentur:

1. *Alia aliis ali Nominativi synonymi, proprie id quod infra est, locum inferiorem, Germ. das Unten denotantes, quorum ali plerumque in compositis tantum occurrere solet (ali pād l. ala-pād, ali-puoli l. ala-puoli), ala autem præterea adhibetur & de loco l. area quam quid occupat (kapan ala, huoneen ala, immo kâden ala) & de relatione Nominum quacumque inferiori l. infra aliam rem sita, unde Præpositiones involvit locales Latin. infra, sub; Svecor. under, idque ad quæstiones ubi? & quorum e. c. p̄būdān ala hān on (ubi?) mensæ inferior i. e. sub mensā, p̄būdān ala hān meni (quorsum?) sub mensam. — Aliæ vero dialecti Casibus hujus Nominis aliis (alle, alla, alta) ex terminatione facile dignoscendis, easdem Præpositiones involventibus uti solent, e. c. p̄būdān alle (Allat. Ext.) in id quod infra mensam est, in locum mensæ inferiorem i. e. ubi mensam: p̄būdān alla (Loc. Ext.) in loco mensæ inferiori i. e. sub uensa, & p̄būdān alta (Abl. Ext.) ex loco mensæ inferiori, underifrån bordet, Germ. von unten d's: quæ omnia quasi ab alasse, alassa, alalta, l. alesse, alesta, alesta contracta putaverim, eodem modo facta ac puolle, pitolla, puolla pro puolle, puollesta, puollesta. Casus autem allaticum Possessivo (Genitivo) conjuncti adhibentur, ut ex*
exemplis

die Abhängigkeit, ihre Arten und ihre Darstellungsform über. Sei die Substanz noch so abstrakt, sie wird als im Raume existirend behandelt, und — ist also vermöge der Metapher die Möglichkeit gegeben, alle Art der Dependenz darzustellen; vide *Sprachlehre* pag. 229 sq. cfr. pag. 162.

exemplis colligitur supra positis; sed alas, aliis ales (pro alasa, alesa) sine Casu l. Adverbialiter constructur e. c. hán meni alas abiit deorsum, in locum qui infra est: kúlfi alitse, alitse l. ali vide supra pag. 13 not.)

2. Ohi aliis ohe, ohet, margo, quod ad marginem, locus ad latus, Germ. das neben, unde Relationes laterales: sen ohesta in loco ejus laterali, ohesta in locum, ohesta ex loco laterali i. e. juxta, apud, (ad); bredevid, vid, nárin-till, bos, nárifrån. Cfr. reuna, mieri, kúlfi, siwu, áári, parras.

3. Ulfo quod extra est, locus exterior, das Ausfen: unde relationes exteriores ulfona in loco exteriori, ulfoa ex loco, ulos in locum extra positum i. e. extra, foris, foras; utanföre, ute, utifrån, ut, ur, utåt.

4. Esi quod ante est, pars rei anterior, locus ante quid, das vorne, unde relationes anteriores sen eteen & edesse in locum anteriorem. edesfá & edestá in loco, edestá & edestá ex loco ante quid i. e. ante, præ; framfór, fór, infór, förut, framifrån, von vorne. Differunt vero eteen, edesfá & edestá (Casus Interiorés) ab edesse, edestá & edestá (Cas. Exter.) in eo, quod illa locum ante quid propiorem l. situm fere adhærentem, hæc vero remotiorem significant.

5. Ilma propr. aër atmosphericus, ventus, inde locus vacuus, qualem aërem putant rudiores, & denique vacuum quicumque, unde Signum relationis Defectivæ l. Caritivæ ilman Possesf. (vel potius contr. ab ilmana Qualit.) vacuus aliqua re i. e. expers, sine utan, förutan, e. c. ilman pólitáá aliis póúdatá mensá carens.

6. Åár;